



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Basilica SS. Vdalrici Et Afræ Avgvstæ Vindelicorvm

Hertfelder, Bernhard

Augvstæ Vindelicorvm, 1627

Reverendissimo Et Amplissimo Ioanni Monasteri[i] SS. Vdalrici Et Afræ
Avg. Vind. Abbati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38643

REVERENDISSIMO

ET

AMPLISSIMO

IOANNI
MONASTERII SS. VDAL-
RICI ET AFRÆ AVG.
VIND. ABBATI.

BASILICAM SS. VDALRICI ET A-
fræ. quam compendio descripsi & iam
in lucem, satis alioqui lucidam & no-
tam; profero, ad Te, Præsul Amplissi-
me, adfero. Exiguum, fateor, à me
natum est, fines egredi veretur. Res i-
pta maior est, & certè momentum habet, sed à Te & tuo
facto, quamobrem meritò potius ad Te, quam aliò respi-
ciebat. Nam ecce Aedes hæc, quæ initio sat veteri ab an-
tiquo illo quo suam deducit Originem pro! quoties cum
ætatibus mutata! quoties exusta! quoties vastata & diru-
ta! quoties restituta non mansura! quorum vix hodie in
scriptis libris memoria, Dei profectò munere, neque enim
alio Fato potuit, Tibi reservata est, qui eam superiori secu-
lo paullò feliciori auspicio inchoatam, felicissimè tandem
perficeres, & ad finem tam splendidum, qui longius æ-
uum ferre posset, perduceres. Quam Tu hic per viginti
septem annos, quæ huic Cœnobio, præsidēs, magnificus
in eâ augendâ & illustrandâ extitisti! quot Aras posuisti!

(*) 2 quot

quot sacra adornasti! quot alia opera instruxisti & parasti!
quibus, opinor, effecisti ne haberet quod adderent posteris.
Proinde reliquum est me Tibi cum Bilbilitano Poeta me-
ritò nunc applaudere

Sic noua dum condis, reuocas — priora

Debentur quæ sunt quæq; fuere Tibi.

Quid porro dicam de Elegantiâ, Decore ac Pulchritudine
quam in omnibus seruasti? Pulchritudine, inquam, illa,
quam omnes Naturâ ipsâ impellente appetunt & amant?
Equidem circa Pulchrum versatur Amor, neque aliter Lu-
ce Oculus, quam Pulchritudine mens recreatur. Sed, ob-
secro, ubi magis illa desiderari potest quam in Templis, quæ
aurum illud Cæli fastigium & beatorum Spirituum felici-
cissimam habitationem, quo conceptis votis omnes an-
helamus, Nobis adumbrant? Libet hic referre nobile di-
ctum cuiusdam Principis ex præcipuis Sacri Romani Im-
perij, quamuis à nostrâ Fide Orthodoxâ alieni, quem, cum
ante annos aliquot Templum hoc nostrum uisurus adue-
nisset, atque oculos satis inde oblectasset, cupido demum
subijt etiam suæ sectæ Synagogæ, quæ nobis uicina est, uen-
dendæ. Ducitur ad illam, intrat & ad spectu fruitur. Ac qui
cum præter nudam Mensam, Pulpitum & Sedilia numero
& Ordine Orchestram quandam præferentia nil uidisset.

*Quid hoc rei? inquit, Tantine fuit uenisse ut hoc coneremus? Istud
certè quod paullo ante uidimus uerè Templum est, at hoc nec rem habet,
nec nomen Templi meretur. Tam grata nimirum est in Templis
Pulchritudo, ut ea seruata animos etiam alienos ad se incli-
net & alliciat, neglecta gratiam omnem simul adimat &
fastidium generet. Tu uerò, Præsul Amplissime, seruasti
eam & laudabiliter omnia ad decorem ita direxisti, ut Rem
cum nitore & copiam cum gloriâ præclare coniunxeris.
Taceo hic & consultò omitto enumerare singula quibus
non magis Famam, quæ fluxa est & breuis, quam *ÆTERNA*
Tibi bona parare uoluisti. Sic enim Diui *AMBROSII* uerba
solaminis plena lege & spem cape; *Si Centurio*, inquit, *com-
mendatur Domino qui adificauit Synagogam, quanto est commendatur
qui adificauit Ecclesiam? Et si is meretur gratiam qui impietatis recepta-
culum præstitit, quanto maiorem meretur gratiam, qui Religionis domi-
cium præparauit? Et si ille celesti misericordiâ uisitatur, qui construxit
locum,**

*Terro. 89. de
Dedicatione
fil.*

1011

era instruxisti & parasti
t quod adderent potius
n Bilibitano Potestate
priora
re Tibi.
Decore ac Pulchritudine
hritudine, inquam, illu-
ente appetunt & amant
r Amor, neque alieni lu-
mens recreatur. Sed ob-
test quam in Templo, que
teatorum Spirituum feli-
ncepris votis omnes an-
libet hic referre nobis di-
cipulis Sacri Romani Im-
odoxa alieni, quoniam cum
oc nostrum vultus adae-
lectasset, cupido deorum
, quæ nobis vicina est, vi-
Se ad spectu fruitur. Anqui
lpitum & Sedilia numero
n præferencia nil videlicet
missæ ut hoc cenerentur? Ad
mplum est, ac hoc ut non habet,
ta nimirum est in Templo
os etiam alienos ad se incli-
omnem simul aditum de
esul Amplissime, sermone
corem ita direxisti, ut hono-
ria præclare connumerari
numerare singula quibus
t & brevis, quam ETERNA
im Diui AMBROSII vult
pe; Si Centurio, inquit, con-
ogam, quanto est commendat
r gratiam qui impetrat recipi-
r gratiam, qui Religiosi dimi-
cordia consistatur, qui consistat
locus,

locum, ubi Christus semper negatur, quanto magis visitandus est, qui
fabricari fecit tabernaculum ubi Christus quotidie predicatur? &c.
Summa horum est, Deum esse qui quæ nos gerimus audit
& videt & qui Bonorum Operum æquissimus arbiter &
munerator est. Is igitur ter Opt. Max. qui ad similia pa-
tranda vitam Tibi propagavit, etiam deinceps incolumem
Te nobis seruet ac Cælo demum humanis rebus ereptum
inuehat, æternumque beet. Ita ominor & vouco. Augu-
stæ Vindellicorum apud DD. Vdalrici & Afræ. VIII. Ca-
lend. Iulij. Die Diuo IO ANNI Baptistæ Patrono Tuo ac
Tibi Natali. Anno M. DC. XXVII.

R.^{ms} & Amplif.^a P.T.

Cliens

F. BERNARDVS HERTFELDER.

INDEX

(*) 1

AD